

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Tyrannis qui illa tempestate aduersus Honorium in Occidente  
insurrexerint, & quo modo omnes sublari sint ob Honorij erga Deum  
pietatem. Capvt XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

animad  
e sibi in  
s, de At  
cōgre-  
onit, &  
unctisq;  
honore,  
teasor.  
larichū  
os vē-

obsidione cinctam per proditionē capit. ac militibus suis  
vniuersis ac singulis permisit Romanorum opes diripere,  
vtcumque possent, omnesq; domos eorū deprædari, nisi  
quod Asylum esse voluerit, ob reuerentiā Apostoli, diuī  
Petri templum illud amplissimum, quod supra illius tum-  
bam constructum est & loci plurimum ambit: Ea res in  
causa fuit, quo minus Roma protrsus deleretur. Nam illi  
qui hic saluati fuerant, urbem restaurarunt, cum eo-  
rum ingens esset multitudo.

*De muliere Romana quæ castitatis opus  
perfecit.* CAPVT X.

**C**VM autem, ut credibile est, in huiusmodi ciuitatis ex-  
pugnatione multa accidisse, ego quod mihi tum ec-  
clesiastica historia dignum cōtigisse visum est, literis  
mandabo: Declarat enim viri Barbari factum pium, & for-  
titudinem mulieris Romanae in cōseruanda castitate, vtri-  
usque autem christiani, sed non eiusdem sectæ, quando-  
quidem ille Arieanam, hæc Nicænam doctrinam sectaba-  
tur: Hanc igitur per quam formosam conspicatus iuuenis  
aliquis Alarichi miles, pulchritudine captus ad concubи-  
tum trahebat, reluctantem verò ac vi aduersantē ne quid  
obsceni pateretur, ille stricto gladio se interfectum mi-  
nabatur, & interim summam illi cutem in collo, quasi qui  
ob amorem parceret, perstringebat. Tum illa multo per-  
fusa sanguine collum gladio subiegit, optabilius sibi rata  
mori cum castitate, quam viuere expertam virum alium,  
quam illum, cum quo legitimo matrimonio cōiuncta erat.  
Barbarus igitur cum etiamnum maiore cum terrore illam  
adortus, nihil adhuc proficeret, admiratus eam ob casti-  
tatem, duxit in ecclesiam Apostoli Petri, & traditam cu-  
stodibus, & expensis in eius sustentationem sex aureis, ius-  
fit ut custodirent marito suo.

*De Tyrannus qui illa tempestate aduersus Han-  
rium in Occidente insurrexerint, & quo mo-  
do omnes sublati sint ob Honori ergi Deam  
pietatem.* CAPVT XI.

Dd v Circa

SOZOMENI HISTOR.

**C**irca hoc autem tempus cum multi Tyranni insigerent in Imperio Occidentali, & alij sese mutuo conficerent, alijs præter expectationem caperentur, haud vulgarem Dei erga Honorium benevolentiam testabantur: Primum enim milites in Britannia per seditionem Maicum Tyrannum inaugurarunt, & mox eo rufus in terfecto Gratianum. & cum & is quoque non amplius quatuor mensibus elapsis per eosdem interfactus esset, rufus Constantinum eligunt, quod putarent eum ex nomine sui præfigio Imperium constanter obtenturum: Ex huiusmodi enim causa videntur etiam reliquos ad Tyrannidem elegisse. Constantinus igitur ubi ex Britannia traxisset, in Galliæ ciuitatem Burboniam ad mare sitam conductus ex Gallia & Aquitania milites, qui ibi erant, & eas prouincias sibi subiiciebat usque ad montes eos, qui Galliæ separant ab Italia, & à Romanis Coctiæ Alpes nominantur. Constantem vero filium suum natu maiorem, quem postea Imperatorio ornatus insigniuit, tunc Cæsarem appellauit, & in Hispaniam misit: Hic cum ea gente potitus esset, præfectos peculiares constituit, ac vincitos ad se adduci iussit Didymum & Verianum cognatos Honori, qui quidem cum antea inter se dissiderent, postquam ceperunt periclitari, in mutua concordiam redierunt. Et collecta agricolarum & seruorum turba, iunctis copijs in Lusitaniam expeditionem fecerunt, multosque trucidarunter his, qui à Tyranno ad ipsos comprehendendos missi erant.

*De Theodosio & Lagodio & de Vandalitis ac Suevicis gentibus. De morte Alarichi. Defuga Constantini, & Constantis Tyrannorum.*

CAPVT XII.

**P**oste verò cum Hostes copijs auxiliaribus audiissent, illi capti, & vna cum uxoribus suis abducti, ac tandem interfici sunt: Theodosiolus autem & Lagodius eorum fratres qui in alijs prouincijs morabantur, ex patria diffugiunt ac saluantur, ac Theodosiolus in Italiam ad Honorium Imperatorem, Lagodius ad Theodosium in Orientem venit: Atque Cōstans quidē, his rebus gestis